

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Capitulum secundum quomodo signa agunt in elementa et in que elementa agunt
quelibet signa.

Octum est in precedenti capitulo quod singula agunt in elementa nunc dicendum
est in isto capitulo in quod elementum agat quodlibet signum et per quem
modum: nam aries leo et sagittarius quoniam sunt ignea agunt in ignem ele-
mentum sed diuersimode.

De ariete.



Quonia aries agit in ignem elementum imprimendo in
illum caliditate et siccitate temperata: illud tamen quod
ex illo temperamento fit incitium est motus naturalis indi-
uiduo quarumlibet specierum. scilicet ad agendum unum animal cum
alio ut generent indiuidua specierum ex indiuiduis ea-
rumdem ut ipse saluent per successionem: quia non saluarentur
per indiuidua tempore longo quia tractu et tempore
indiuia deficerent et sic destruerent et perderent
species nisi saluarent per successionem: et sic est incitium motus naturalis similiter
ad faciendum semina germinare et ad faciendum arbores florere atque frondes emit-
tere et fructus producere: et ad faciendum herbas et semina germinata nasci et au-
gumentari et multiplicari et omnia vegetabilia augumentari et incrementum suscipere: et
hoc est primum esse per quod signa ignea dicuntur agere et etiam agunt in ignem elementum.

De leone.



Leo agit in ignem inferendo in illum caliditate et siccitate
tatem remotam a temperamento: ita quod ex illa re-
motione a temperamento fit incitium motus naturalis
ad impedimentum fructuum et folia arborum et herbarum et ad
faciendum eos et ea declinare ad latus destructionis: quia
maturescunt: que maturatio quodammodo destructio
est: et ut pauca semina sint que tunc germinant: et pauca
vegetabilia suscipiunt augmentum seu incrementum: et pau-
ca animalia carentia arbitrio mouentur ad augmentationem
suarum specierum vel ad earum saluationem imo quedam animalia incipiunt occultari
et videntur quasi destrui cum leo facit operationem suam in ignem elementum: fit casus
seminum et eorum deuastatio maturescunt plures fructus arborum et putrescunt et si-
militer ex impressione leonis in ignem elementum et hoc est secundum esse per quod
ignea agunt in ignem elementum.

De sagittario.



Sagittarius vero agit in ignem elementum impri-
mendo in illum caliditate et siccitate remotam ab om-
ni temperamento imo facit ad destructionem seminum
et herbarum et ad complementum casus et destructionis
foliorum arborum quarum folia cadunt in hyeme: et ad
lesionem multorum animalium: et ad occultationem multa-
rum specierum animalium et eorum destructionem nec
audent apparere supra terram: et hoc est tertium esse
per quod signa ignea agunt in ignem elementum. Et ista sunt tria esse per que si-
gna agunt in elementa. Omnia sunt secundum istum ordinem quantum est ex signifi-
catione signorum et planetarum naturali et ex eo quod agunt corpora superiora in